

Corinthia montana et ipsa regio carnis applicat ad ortum ac septentrionem stirie iuncta, ad occasum et meridiem Alpes, itales et forum iulij contingit, multe in ea valles collesque, feraces tritici, multi lacus, multi amnes quoniam precipue draui qui per stiriam ac pannoniam in danubium fertur haud inferior sauo. Imperium prouincie australes obtinent et archiducem appellat cui ea regio parat. Quoties nouus princeps reipublice gubernationem inuit solennitatem nusquam alibi audita obseruat, non longe ab oppido sancti viti in valle spaciola vetuste ciuitatis reliquie vicus ascendit cui per successionem stirpis id officium hereditario iure debet, a dextera bos macer nigri coloris astat ad sinistram pari macie deformis equus, frequens circa eum populus et omnis rustica turba, tunc princeps ex aduersa praetoriorum parte procedit purpurati etiam perceres ambiunt vexillum ante ipsum et insignia principatus comes gorzeye qui pallacii curam gerit, inter XII. minora vexilla praecurrit, reliqua magistratus sequuntur, nemo in eo comitatu non dignus honore videtur nisi princeps per se ipse rustica specie ferens, agrestis ciuestis, agrestis pileus, calceusque et baculus in manu gestatus pastorem ostendit, quem postquam rusticus ex lapide venientem conspicatus est sermone sclauico (sunt enim ipsi corinthiani sclauum) quis hic est in clamat cuius tanta superbium incessum video, respondunt circumstantes principem terre aduentare, tunc ille iustus ne iudex est salutem patrie querens, libere conditionis, dignus honore, est ne christiane cultor fidei et defensor, respondent omnes est et erit, rursus ille, quo me iure ab hac sede dimoueat, At gorzeye comes, LX. denariis abs te hic locus emit, iumentum haec tua erunt bouem atque equam ostendes, vestimenta quoque principis qui panloam exiit accipies eritque domus tua libera et absque tributo, Quibus dictis rusticus leui alapa principi data bonum iudicem esse iubet et surgens iumentaque secum adducens loco cedit, Princeps vero conscenso lapide nudum gladium manu vibrans ad omnem se partem conuertit equum iudicium populo permittens, ferunt et aquam frigidam rustico allatam pileo bibere tanquam vini usum dant, Deinde ad ecciam solientem pergit quam in propinquo tumulo sita est sancti petri vocabulum habens et olim pontificalis fuisse, vbi pactis sacrificijs princeps rustica indumenta deponit paludamentumque induit, conuiuatusque splendide cum proceribus in prata reuertitur ibique pro tribunali sedens ius petentibus dicit et feuda confert, fama est anno .D. CC. nonagesimo post christi saluatoris ortum impante Carolo magno ducem gentis Agnonem nomine ingens conuiuium prouincialibus praeparasse, et aggressibus quidem ad conspectum suum intromissis in uasis aureis atque argenteis, nobilibus vero et magnatibus procul ab oculis collocatis fictilibus ministrare iussisse, Interrogatus cur ita faceret respondisse, non tam mundos esse qui vrbes et alta palatia quam qui agros et humiles casas colerent, Rusticis qui christi euangelium accepissent, baptismatis unda purificatis candidas et nitidas esse animas, nobiles ac potentes qui spurcias ydolorum sequerentur sordidas ac nigerrimas, se vero pro animarum qualitatibus instruxisse conuiuium, Castigatos ea re nobiles cateruati sacre baptismatis undam querentes breui tempore sub virgilio et arnone iuuaniensibus episcopis vniuersos christi fide accepisse, Hinc honos inuescendi principis rusticitati ductus, Fuit autem dux Corinthie venator imperij ad quem lites venatorum omnium deferbantur, vocatur in iudicio coram imperatore querelantibus non nisi sclauonica lingua respondere tenebat, Multa huius prouincie fuisse ornamenta commemorat, multa privilegia, facile id creditur quod imperator Lodouicum eius terre ducatum filio suo arnolfo primogenito contulisse non ambiguum est, Est et alia huius prouincie consuetudo in oppido quod Clagesfurcius appellant contra fures durissima, Si quis in furti suspicionem inciderit mox captus laqueo suspensus vitam finit, Sumpto supplicio per triduum de suspitione iudicatur, si reum fuisse necatum inueniunt pedere cadaver infame sinunt donec sua sponte consumptus decidit, Sin non depositum in cimiterio condunt, iustumque funus e publico faciunt et anime gratias exequias, In hac prouincia comes gorzeye vlticus vir muliere corruptior impuberes filias media nocte ad potum surgere conpulit increpitans qui sine siti somnum agerent, cum pastoribus et bubulcis sepius quam cum nobilibus conuersatus est, Senex super glaciem cum pueris lusit, Inter vulgata storta frequentissime lauit, raro in aula pransus est, solus cocum adiens ofulas in ipsa coquina vorauit, vestes induit viles ac punctas, pectus nudum et apertus ostendit, oculi semper lacrimantes fuere, Quem cum aliquando ad se venientem fridericus imperator ex fenestra intuitus esset me vocitas, age inquit o Enea principem qui ad nos properat contemplare, Si quem mundiorum pulchrioremque videris aliquando effare, mihi cum satis principem comitemque considerassem feda rusticitas visa est que dominatum assecuta egregium seruitio premeret, Huic vxor natione vngara, forma prestanti et audacia plusquam virili vincula induit, mox vltici comitis alie auxilio liberatus vxorem domo pepulit, nec diu post vita functus filios bone indolis adolescentes et matremque sibi similes reliquit heredes.

De stiria germanie prouincia

Stiria quam quondam valeriam inuenimus nuncupatam ad orientem pannonie iugis, latius eius septentrionale austriam respicit, ad occidentem ac meridiem carnis et corinthus occurrit, eodemque prouincia motana est quous in orientem porrecta planicies non puas habeat, Drauis ac mura insignes flumines terram irrigant, mura in drauum exonerat, ille in danubium, Urbium populi plerumque teuthones sclauum qui citra drauum rura colunt, Imperium australis familie est in eo oppidum vetus quod ciliam vocant nonnulli Sillateum appellatum quondam existimant et opus fuisse lucij sille, de quo re nobis nihil exploratum est, Multe ibi vetustatis reliquie visuntur et romanorum nomina principum sepulcralia marmora referunt, In eo praefuit etate nostro fridericus comes, qui cum esset in libidine pessimum et olim veronice concubine incensus amore legitimam coniugem ex comitibus croacie natam sua manu interemisset, concubinam vero patrem eius hermianum ut est potentum iusticia et in profluentem dimersisset vxores passim maritis abstulit, puellarum greges in pallacium rapuit, puiciales per mancipijs habuit, ecciarum bona diripuit, monetarum falsatores, veneficos, ariolos, nigromantes undique ad se conseruit, Et quous anno iubilei iam nonagenarius indulgentiarum causa Romam petisset reuersus tamen nibilo melior visus est, Interrogatus quid sibi Roma profuisset in pristinos mores relapso, Et calciator meus inquit ad consuendas ocreas post visam Romam redijt, Huic vita successit Adalricus filius successit, per cetera similis ingenio, tantum et eloquentia maior, Quosicut dictum est interfecto quatuor et viginti competitores hereditatis fuere, ut qui viuens undique bella conseruit